

PHILIPPI MARNIXII

RATIO INSTITUENDAE JUVENTUTIS

RATIO INSTITUENDAE JUVENTUTIS

- 1.1 Nobili ac Generoso Domino, Domino Johanni Comiti a Nassau, Catzenelnbogen, Vianden, Diez etc., Domino suo inprimis colendo, Philippus Marnixius Sancto Aldegondanus salutem in Christo Jesu precatur. 1 v°
- 1.2 Posteaquam nonnullos sermones de instituenda juventute mecum identidem contulisses, Nobilis ac Generose Comes, visum tibi fuit me rogare, seu potius pro tua in me autoritate meaque erga te, D(omine), observantia imperare, ut de nobilibus adolescentibus a prima aetate erudiendis instituendisque quae mihi viderentur brevi scripto complecterer. Quod certe post tuum mandatum primo quoque tempore perfeci, tumultuarie quidem et confusaneae, at certe pro mea ingenii tenuitate et exiguo rerum usu quam potui accuratissime. 5
- 1.3 Ea partim profectione, partim aliis nonnullis negociis impeditus non potui ante hac recognita ordinataque tuae D(ominatio- ni) tradere. Nunc autem nactus nonnihil ocii iterum admovi manum et quo commodiore potui ordine digesta denuo descripsi. 10
- 1.4 Sed hoc ipsum quam sit jejunum, quam tenue atque aridum et tuo integerrimo acutissimoque judicio indignum ita mihi sum conscius, ut plane apud me statuam pro sperato thesauro carbones, quod ajunt, esse me tuae D(ominationi) oblaturum. Malui tamen conceptam tuam de ingenio meo atque doctrina, quam de observantia atque officii obsequiorumque promptitudine spem fallere. Ingenii enim vitium, cum a natura proficiscatur, veniam apud aequos judices facile obtinet, officii autem desertio atque observantiae, cui te natura ipsa Deique praeceptum astrinxerit, violatio sine impietatis nota esse non potest ac proinde ne excusationem quidem meretur. 15
- 1 v° 1 Nobili *ms* : Illustri *SA* 2 Catzenelnbogen *ms* : Catzenellebogen *SA* Diez etc., Domino suo in primis colendo *ms* : Diez etc. *SA* 3 Aldegondanus *SA* : Aldegondenius *Cat*, *ms*? 6 Nobilis *ms* : Illustris *SA* 8 erga te *D. ms* : erga te *SA* 15 tuae *D. ms* : tibi *SA* 16 ocii iterum admovi manum et quo commodiore potui *ms* : ocii quo commodare potui *SA* 18 aridum et tuo *ms* : aridum tuo *SA* 19 acutissimo *SA* : acutissimo *ms* : accuratissimo *conj. Cat*
- 2 r° 3 tuae *D. ms* : tibi *SA* 5 obsequiorumque *ms* : obsequorumque *SA* 8 astrinxerit *ms* : astrinxerunt *SA*

- 1.5 Quare si minus tuae expectationi respondi, dabis veniam et si quae culpa est eam non arrogantiae tribues, sed obsequendi tuis mandatis studio condonabis. Vale meque tuae D(ominationis) studiosissimum inter obsequentissimos clientes quaeso habe. |
- 2.1 De puerorum institutione dicturo a prima infantia atque ab ipsis incunabulis auspicandum foret. Sed quia tenellae illius aetatis cura ad matres potissimum ac nutrices pertinet et est ejus ratio a Galeno aliisque recentioribus medicis accurate pertractata, propterea quod ad sanitatis considerationem potissimum refertur, nos eam hoc tempore praetermittemus. 2 v° 5
- 2.2 Illud tantum breviter monebimus, ut si omnino fieri queat infantes ipsius genitricis, non externae mulieris uberibus enutriantur. Est enim hoc et naturae consentaneum et, omnium bonorum ac sapientum virorum iudicio, tum corporis sanitati tum probitati morum atque honestati accommodatum et simul ad naturalem illam *storgen* inter parentes ac liberos utrinque fovendam augendamque inprimis efficax. 10
- 2.3 Ubi autem jam per aetatem loqui et gradiri coeperint, protinus erit ad rectam eorum institutionem parenti animus adjiciendus ac primum certe providendum, ut fastus ille et contumacia puerilis, quae omnibus etiam optimis ingeniis a natura innata est, matura castigatione eradicetur. Cavendum enim est, ne vulgaris illa prave indulgentium parentum opinio nos fallat, qua existimant non esse castigandos ante quintum aut sextum annum pueros. 15 20
- 2.4 Etenim et ratio docet et experientia ipsa cumulate testatur multo minori negotio puerilem animum a prima infantia corrigi ac | flecti quam postquam innata pravitas altiores radices egit. Et sane vel una levicula castigatione plus proficiunt parentes in bimulis aut trimulis quam in grandiusculis longe graviori ac saepius iterata—ita ut qui a prima infantia pueros ad reverentiam atque observantiam majorum assuefecerit eorum ingenia post sine ullo negotio quocumque velit flectat. Qui autem eos usque 3 r° 5

2 r° 11 et si SA : Quod si *ms* (*negat Gun*) 13 tuae D. *ms* : tui SA 14 quaeso *ms* : quosque SA

9 enutriantur SA : enutrient *ms* 10 sapientum virorum iudicio *ms* : sapientum iudicio SA {fout Cat? Niet gezien} 12 *storgen* *ms* : *στοργήν* SA

2 v° 16 ut SA : et *ms* 18 eradicetur *ms* : eradicentur SA

- ad grandiusculam (puta sex aut septem annorum) aetatem suo ingenio uti passus fuerit, nisi sint singulari quadam indole, vel postea per omnem aetatem procaces experiatur, vel certe vix multis ac duris plagis ad bonam frugem possit tandem revocare. 10
- 2.5 Quare non est quod stulta illa atque praepostera misericordia nos adduci patiamur, ut existimemus nimis praematuram esse castigationem in quamvis tenera aetate, quae quidem ad contumaciam atque malitiam satis esse matura coeperit. Itaque existimamus usque ad tertium annum id esse unum parentibus elaborandum, ut tenellos puerorum animos quocunque velint flexiles reddant, quo postea sine ullis plagis aut verberibus eorum ingeniis ad omne officium atque obedientiam promptioribus uti possint. 15
- 2.6 Ac tum porro incipient virtutis ac pietatis seminaria teneris eorum animis paulatim instillare et simul rectae ac perfectae pronuntiationis curam gerere. l 20
- 2.7 In quo, mea certe sententia, probanda est eorum consuetudo, qui suos liberos duarum linguarum et pronuntiatione et voce inter se differentium cognitione imbui curant. Ita enim fit, ut tenera lingua ad diversam pronuntiationis rationem assuefacta postea ad cujusvis peregrinae linguae dialectos enunciandas sit promptior. 5
- 2.8 Assuescant autem pueri interrogati de singulis rebus liberaliter et prompte, at modeste tamen ac verecunde cuilibet respondere. Non interrogati autem discant parentes caeterosque majores suos modesto silentio revereri. Falluntur enim qui existimant puerilis liberam esse relinquendam quavis de re apud quosvis balbutiendi potestatem. Fit enim plerumque, ut qui a tenera aetate pudore et verecundia imbuti non sunt, ii postea facti adultiores fere aliquod vel impudentiae vel stolidae arrogantiae vitium contrahant. 10 15
- 2.9 Apud coetaneos autem suos liberum certe relinqui debet, ut quovis ludi genere et quocunque lubuerit sermone (modo absit et turpitude et malitia ac vis omnis) se sine metu ullo liberaliter atque hilariter exercent.

3 r° 8 fuerit, nisi ms : fuerit, eos, nisi SA 9 experiatur ms : experietur SA

3 v° 5 postea ad ms : postea facilius ad SA 18 metu ullo ms : ullo metu SA

- 2.10 Interea tamen paulatim erunt rudimenta quaedam futurae formationis jacienda, quae ipsa propositis puerilibus praemiis atque illectamentis ludi ac relaxationis loco esse possint. 20
- 2.11 Inprimis autem erunt ad pietatem et reverentiam numinis divini a prima aetate extimulandi et propositis subinde quasi per ludum interrogationibus ac subjectis responsionibus de Deo ejusque misericordia ac justicia et de nostra salute per Christum parta, sincera de religione doctrina paulatim imbuendi. 4 r°
- 2.12 Deinde magna erit adhibenda cura, ut in parentum observantia retineantur neque ita se parentibus familiares reddant, ut non possint inter parentes ac caeteros familiares discrimen ponere. 5
- 2.13 Discant etiam coetaneos amore ac benevolentia et interdum quoque munusculis ac liberalitate prosequi et ita paulatim ad liberalitatem ac deinde porro etiam ad continentiam et fortitudinem animi atque ad justiciam et aequitatem caeterasque omnes virtutes tum laude tum vituperatione tum aliis puerilibus praemiis quasi quibusdam levibus stimulis excitentur. 10
- 2.14 Summopere autem laborandum est, ut a vitiis omnibus discant abhorrere, mendacia aversari, alienarum rerum contrectationem exhorrescere, contumaciam in summo probro habere ac provide sodales et coetaneos suos prave educatos non secus ac pestem devitent ac simul etiam interea discant per ludum paulatim legere et pingere linguamque recta atque accurata pronuntiatione et continuato etiam sermone exercere, donec ad scholarum gymnasia per aetatem facti fuerint idonei. 15 20

Quomodo pueri in scholis erudiri debeant

- 3.1 Sed antequam scholasticarum exercitationum rationem attingamus, videndum est, utrum satius sit in scholis multos pueros atque adolescentes una educari et communi institutione erudiri, an vero singulis suos paedagogos ac praeceptores dari. Utraque sententia suos habet laudatores viros magnos multisque rationibus subnixata est. Nobis tamen Quintiliani sententia probatur. Is autem scholae frequentiam utiliore putat, propterea quod mutuis inter se exemplis ingenia excitantur et quod una praeceptoris vox permultis uno tempore ac loco potest sufficere. 4 v° 5

3 v° 21 jacienda *ms* : jaciendae *SA* 23 et *ms* : ac *SA*

4 r° 18 provide *ms* : proinde *SA*

- 3.2 Interea tamen non potest nobis probari nimis magna scholarum frequentia, praesertim in educatione nobilium adolescentium, quos hic nobis instituendos potissimum proposuimus, tum quidem quod in magna multitudine vix queat praeceptoris diligentia singulis accurate instituendis observandisque satisfacere, tum vero vel maxime quod ita est a natura comparatum, ut in magno numero soleat fere major pars esse depravata, quorum deinde contagio reliquos invadens aegre potest ulla praeceptoris diligentia cohiberi. 10 15
- 3.3 Itaque nos certe judicamus aptissimum fore, ut aliquot viri principes ac nobiles collato inter se communi symbolo commune quoddam gymnasium instituant, in quo suis liberis de communi rectore, censoribus, magistris atque institutoribus provideant. | 20
- 3.4 Inprimis autem danda est opera, ut unus aliquis sit totius hujusce gymnasii praefectus ac moderator summus. Etenim ut ait Poeta 5 r°
- οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη, εἰς κοίρανος ἔστω,
εἰς βασιλεύς,
- 5
- id est: haud expedit multos simul dominari, unus esto dominus, unus rex. Eum autem velim esse virum aliquem grandaevum, cordatum et non modo doctrina imbutum, sed etiam rerum usu valentem et, si fieri queat, etiam aliqua generis nobilitate insignem. Inprimis autem necesse fuerit esse vere pium ac de vera religione recte sentientem et denique vita et moribus undiquaque inculpatum. 10
- 3.5 Ei deinde subsint caeteri omnes et moderatores et ludimagistri, qui pueris vicenis ut minimum bini, vel certe pro rato classium numero proque diversis puerorum ingeniis distributi sint. Singuli autem poterunt binis praeesse classibus vel, si non magnum sit inter complures adolescentes aetatis atque eruditionis intervallum, singulos singulis classibus magistros praefici non erit importunum. 15
- 3.6 Poterunt autem ita distribui classes, ut infima habeatur eorum qui jam prima grammatices elementa incipiunt addiscere. Prox- 20
- 5 r° 4 ἔστω, εἰς βασιλεύς; id est, haud expedit multos simul dominari, unus esto dominus, unus rex *ms* : ἔστω SA 11 undiquaque *ms* : undequaque SA 14 bini vel certe pro rato classium numero *ms* : bini numero, vel certe pro rata classium SA 16 non *ms*, SA : *del. Cat.*
- Σ 4 *Homeri versus est. Iliadis β.*

ima in syntaxi et prosodia se exercentibus consignetur. Tertia rhetorices ac dialectices praeceptis attribuat. Quarta philosophiae penitiora adyta introeuntibus asscribatur. | Sed haec distributio pro ratione temporum, aetatis ac studiorum erit ipsorum praeceptorum arbitratui relinquenda. 5 v°

Prima classis

- 4.1 Qui grammaticam docentur paulatim in latinae linguae phrasibus assuefient easque ad grammatices praecepta discent accommodare. In quo vulgaris linguae comparatio magnum momentum adferet. Si in ejus observationem tenella adhuc ingenia paulatim deducantur et ita linguam latinam imitationis aliqua ratione sensim formare discant. 5
- 4.2 Ad eam rem vel ipse praeceptor phrasium latinarum ac selectarum fasciculum colliget, vel libellum aliquem flosculorum atque optimarum phrasium eis proponet et ad earum conformationem alias non absimiles puerum effingere tum oratione tum scripto assuefaciet. 10
- 4.3 Deinde ad familiares dialogos et colloquia familiaria atque inde in Aesopi fabellas vel alios scitos apologos eos deducet vel, si videbitur, Catonis disticha vel Publianos mimos ac sapientum Graeciae apophthegmata proponet. 15

Secunda classis

- 5.1 Quibus syntaxeos praecepta in proxima classe proponuntur, iis vel comoediae Terentii vel selectae Ciceronis epistolae vel Officiorum liber explicabitur et simul docebuntur ad eorum exemplar et sermonem et stylum conformare. Hoc fiet, si omnes periodi cujusque partes sigillatim | explicentur ac de singulis selectae phrases imitandae proponantur et deinde ex illis ipsis phrasibus ac loquendi formulis thema conscribendum consarcinetur. 20 6 r°
- 5.2 Deinde, si quae didicerunt in linguam vernaculam vel unam (si tantum unam norint) vel plures (si teneant) converterint, et tum ea ipsa a se conversa et a praeceptore emendata erepto eis libro latine rursus reddant atque inde doceantur observare quam 5

5 r° 23 tertia SA : tertio ms

5 v° 4 latinae linguae ms : linguae latinae SA 16 vel si ms : vel eis si SA

6 r° 3 conscribendum ms : scribendum SA 5 norint SA : norit ms

- procul absint ab auctoris quem imitantur elegantia ac puritate. Ejusmodi alia infinita exercitationis genera proponi possunt, quae, quasi nimis longum esset et vero etiam infructuosum omnia percensere, in praeceptorum iudicio atque arbitrato erunt relinquenda. 10
- 5.3 Illud autem praetermitti non debet, nihil minus eos in linguae vernaculae quam in latinae recto atque inculcato usu esse assuefaciendos. Errant enim meo quidem iudicio non leviter, qui linguae latinae pueros usque eo mancipant, ut eis lingua materna, cuius in rebus gerendis maximus ac praecipuus usus, penitus interdicitur eoque efficiant, ut, dum in aliena lingua disertum haberi student, in sua plane infantes ac prope etiam ridiculi fiant. 15
- 5.4 Quin potius imitandum est Tullii Ciceronis exemplum, qui graecanae literaturae ita se tradidit, ut Graecorum leporem, doctrinam atque acumen ad suae civitatis linguam ornandam expoliendamque potissimum adhibuerit et in romanum sermonem graecae linguae ubertatem atque divitias invexerit. Ita plane nostris adolescentibus ac praesertim nobilibus addiscenda est lingua latina, ut ejus floribus atque emblematis ejusque copia et gravitate patriam suam linguam discant perfecte exornare, ut ne illis eveniat, quod hodie apud multos nostri seculi doctos animadversum est, qui dum in umbra atque musaeis suis sunt abunde docti ac disertum, in pulvere certe, in senatu, in consiliis ac rebus gerendis prorsus infantes ac rerum omnium rudes sese praebent. 5 10
- 5.5 Ego vero meos adolescentes non privatis cubiculis atque hypocaustis, sed patriae, sed civibus ac popularibus ornamento et praesidio esse volo ac propterea eorum studia ad rerum gerendarum usum et ad popularem rationem ac publicam civitatum ac populorum administrationem accommodanda esse arbitror. Debet itaque lingua latina patriae, non autem patria lingua peregrino Latinorum idiomati famulari. 15
- 5.6 Graecum vero sermonem omnino a tenera aetate liberalibus ingeniis, etiam iudicio Quintiliani, optimi institutionis puerilis magistri, puto esse addiscendum, non modo quod ea ad vulgariae linguae cultum et perfectam eloquentiam consequendam etiam 7 r°

6 r° 10 quasi *ms* : quia *SA* vero *ms* : vere *SA*

6 v° 10 consiliis ac rebus *ms* : consiliis rebus *SA* 16 debet *ms* : debebit *SA*

Σ 6 *Haec curam latinae linguae et graecae leviolem faciunt.*

plus latina valeat, sed quod etiam optima quaeque atque utilis-
sima in singulis philosophiae partibus atque in omnibus scientiis
a Graecis quidem copiose, graviter, acute atque ornate, a Latinis
autem pleraque jejune ac tenuiter, nonnulla barbata ac spinosa,
paucissima certe accurate ac plane sint tradita. Quare in hanc
classem referri debent elementa graecae linguae et simul utrius-
que linguae syntaxis inter se conjungi.

Tertia classis

- 6.1 In tertia classe, qua dialectices ac rhetorices praecepta traduntur,
volo paulatim res ipsas ac rerum usum proponi et ut in inferiori-
bus classibus linguam excolere coepimus, ita hic ingenium, judi-
cium atque animi industriam formandam nobis proponemus. 15
- 6.2 Huc itaque referenda erunt arithmeticae ac geometriae studia
et, si quorum ingenia eo propendeant, non inutile erit astrolo-
giae rudimenta ac praesertim sphaerae rationem et cosmogra-
phiae vestigia quaedam illis aperiri. Deinde etiam in ethicis ac
politicis optimorum quorumque autorum scriptis eos paulatim 20
velim exerceri, | qualia sunt liber Ciceronis de Officiis, Platonis
et Xenophontis de Republica item ea, quae de rei familiaris
gubernatione ab autoribus primae notae tum graecis tum latinis
proditae sunt. 7 v°
- 6.3 Haec autem studia si quis in plures classes velit distribui, nihil 5
repugnans. Nec enim laboramus in eo, quod ex praeceptorum
arbitratu putamus pro ratione aetatum, temporum, locorum
atque ingeniorum esse moderandum. Nos enim tantum leviter
commonstramus ea, quibus nobilem adolescentem eumque, qui
in republica sit versaturus, a tenera aetate imbuendum esse arbi- 10
tramus.
- 6.4 Huc vero imprimis pertinebit historiarum optimarum cogni-
tio. Earum autem velim magnam cura haberi, ut iis recte perfec-
teque a prima aetate imbuantur. Inter Latinos praeter Caesarem
ac Livium non puto quemquam esse tenerae aetati proponen- 15
dum, nisi posteaquam stylum aliquem in scribendo certum ac fir-
mum sibi comparaverint. Tum enim et Salustium et Suetonium

7 r° 4 cultum SA : cultu ms 17 eo SA : esse ms : del. Cat 19 vestigia quae-
dam illis ms : vestigia illis SA

Σ 19 haec nobiles contemunt.

et Tacitum et Valerium Maximum et Plinium et si qui sunt ejus seculi scriptores adjungi facile patior.

- 6.5 Quemadmodum enim qui scite literas pingere addiscunt, ii se primum ad unum aliquod exemplar conformare debent neque ab eo vel tantillum oculos, l manus omnemque ingenii vim atque imitandi solertiam deflectere, postea vero quam characteres jam ipsi norunt effingere et eorum certam ac firmam rationem tenent, tum certe ad quodlibet characteris genus effingendum possunt se conformare, ita qui latinae linguae assuescunt primum ad unum aliquod exemplar perfectissimum, ut puta Ciceronis, esse componendos. Postquam vero ex illo uno stylo sui certam, stabilem atque aequabilem rationem hauserint, tum demum etiam cum magno fructu in aliis cujusque generis scriptoribus versari posse. 20 8 r° 5 10
- 6.6 Ut enim superstitio eorum, qui in Ciceronis omnes voculas jurarunt, in pueris est laude digna, ita in viris iisque, qui ad rerum usum et civium utilitatem stylum atque orationem accommodare debent, penitus est inepta atque ridicula. Sed redeo ad historias.
- 6.7 Inter Graecos proponendos potissimum duco Thucydidem, Xenophontem ac Plutarchum, non tam dictionis, in qua tamen illi praeter caeteros facile excelluerunt, quam rerum ipsarum causa. Plutarchus enim etsi dictionis lepore fortasse multis, at certe rerum gravitate ac dexteritate judicii palmam concessit nemini. 15
- 6.8 His prout adjungendos esse in materna lingua historicos, qui nostri temporis res gestas ac praesertim quae in cujusque patria contigerunt graviter ac prudenter et si qui l sunt etiam qui diserte atque eleganter conscripserunt vel de iis rebus conscriptas a viris prudentibus historias in linguam vernaculam transtulerunt, quales sunt apud Germanos Aventinus, Sleidanus, Gaspar Hedion aliique permulti, apud Gallos Frossardus, Philippus Comineus et multi recentiores, apud alios alii. In iis non modo legendis volo exerceri meos adolescentes, sed etiam in latinam linguam con-

7 v° 19 patior *ms* : patiar *SA*

8 r° 7 illo uno *ms* : uno illo *SA* 9 cujusque *ms* : cujuscunque *SA* 10 posse *ms* : possunt *SA* 18 at *SA* : ac *ms*

∑ 7 *Itane tam cito absolvent stylum cum sit totius vitae?* 16 *Post Thucydidem?*

8 v° 4 Aventinus *SA* : Avetinus *ms* Sleidanus *ms* : Sleydanus *SA* Gaspar *ms* : Caspar *SA* 5 Comineus *ms* : Commineus *SA* 7 latinam linguam *ms* : linguam latinam *SA*

vertendis. Turpe est enim, qui in externis historiis sit versatus, eum inter suos populares ac in sua civitate hospitem esse.

- 6.9 Volo autem in historiis non tam verba, quae tamen non erunt plane negligenda, quam res ipsas ponderari. Doceantur itaque huiusmodi historiarum exemplis iudicia Dei in rerumpublicarum administrationibus agnoscere ac notare et simul iudicare quid a quoque prudenter, iuste, temperanter ac fortiter gestum sit, quid contra vituperationem mereatur, qui sint tyrannorum atque impiorum exitus, quae virtutum praemia, quae clades vel rerumpublicarum vel principum temeritatem, insolentiam, libidines ac tyrannides consequi soleant. 10
15
- 6.10 Tum eorum quae recte quaeque prave facta sunt ratio ab eis deposcatur interrogenturque quid in hoc sit vitii, in illo virtutis, quomodo hoc rectius, illud cautius atque prudentius fieri poterit. Haec in mensa, in communi sermone et vero etiam inter ludendum proponantur atque ita exerceantur ad rerum usum atque iudicium. 20
9 r°

Quarta ac suprema classis

- 7.1 Supremae classi Plato atque Aristoteles proponantur et vel physica, si videbitur, vel jurisprudentiae elementa, juris nimirum institutiones. 5
- 8.1 Sed referamus universam juventutis institutionem ad certa quaedam et pauca capita, ad quae praeceptoribus ac moderatoribus quasi ad certum aliquem scopum perpetuo sit collimandum.
- 8.2 Sunt autem nostro iudicio tria potissimum ad quae omnis praeceptorum labor atque industria referri debet, nimirum animus, ingenium et corpus. 10
- 8.3 Ad animi cultum refero pietatis ac virtutis studium, voluntatis recte formandae cupiditatumque frenandarum rationem et quaecunque denique ad vitam recte et cum virtutis ac honestatis laude instituendam pertinent. 15

8 v° 11 itaque huius modi historiarum *ms* : itaque historiarum *SA*

9 r° 12 ingenium *ms* : ingenia *SA*

∑ 4 *Ostentatio*

- 8.4 Ad ingenium autem refero quaecunque ad disciplinarum ac scientiarum perceptionem, iudicii expolitionem, memoriae confirmationem et eorum, quae animo praecepta sunt, rectam, aptam ac decentem elocutionem pertinent. l 20
- 8.5 Corpori ea relinquo, quae ad valetudinis curam, ad membrorum exercitationem, ad virium robur, formae venustatem, vocis elegantiam, oris et cultus decentem compositionem spectant. Item quae ad sculpendi, architectandi, fides pulsandi, tibia fistulave canendi, pingendi aliasve ejusmodi artes, quae vel in corporis vi vel in solertia membrorum potius quam ingenii facultate consistunt. 5 9 v°
- 8.6 De quibus singulis si dixerimus, existimamus vix quicquam amplius posse in hoc proposito magnopere desiderari.

Animi exercitatio

- 9.1 Veniamus itaque ad animum. In animo excolendo prima sit pietatis cura. Ad eam autem pertinet, ut serio Dei timore ac vera ejus in Christo Jesu cognitione et deinde amore virtutis ac iustitiae, vitiorum autem atque iniustitiae odio ab adolescentia teneri animi imbuantur. Id efficient piae conciones ac doctrina catechismi et sedula Scripturae lectio, assidua precationum consuetudo atque attentae eorum indolis atque animi singularumque actionum observatio. 10 15
- 9.2 Conciones velim eos audire non modo diebus dominicis, sed singulis, si possit, sin minus, at certe iis quibus ordinarie in ecclesiis recte institutis haberi conciones solent. Omnino autem dari opera debet, ut concionatores sint viri probi, docti, pii, in religionis doctrina optime sentientes et denique etiam pietatis zelo flagrent. 10 r°
- 9.3 Ad eas quoties accedent, monebuntur ad serium Dei timorem ac diligentem et seriam attentionem. Quoties redibunt, singuli interrogabuntur quid ex concione fructus reportaverint. Neque tamen id vel minis vel acerbo imperio extorquebitur, sed blanda cohortatione et nonnunquam, si erit opus, acerbiori reprehensione, maxime autem exempli laude et vituperatione. 5 10

9 v° 12 et *ms*: ac *SA* 14 efficient *ms*: efficiens *SA* 19 at *SA*: ac *ms*

10 r° 2 pii, in *ms*: pii, et in *SA* 6 et *ms*: ac *SA*: *fortasse* et diligentem ac seriam

- 9.4 Adjuvabit autem eos moderator et pro modulo puerilis ingenii ea ipsa, quae dicta erunt, explicabit et iterum ac denuo interrogabit an capiant tantumque efficiet, ut ex quavis concione vel tantillum certe retineant.
- 9.5 Si quis vero in concionibus petulanter atque incomposite sese cum scandalo gesserit, is vel acerba correptione vel etiam ferula ac virgis corrigetur, ut a prima aetate assuescant Deum ejusque verbum serio revereri. Neque unquam permittetur eos in rebus sacris vel dicteriis vel jocosis sannis vel alio quovis scurrili modo ludere. | 15
20
- 9.6 Catechismum, si fieri queat, ita velim pueris proponi, ut cogitetur esse pueros: interrogationes esse breves, solidas ac praegnantas, eas identidem inculcari, nec haberi rationem elegantiae aut artis, sed intelligentiae puerilis. In illis interrogationibus certabunt nonnunquam inter se, nonnunquam ipsi a praeceptoribus interrogabuntur, nonnunquam vero ipsi praeceptores interrogabunt. 10 v° 5
- 9.7 Omnino autem caveri debet tum caeteris omnibus in rebus tum certe vel maxime in pietatis ac religionis institutione, ne ab ineunte aetate ea discant pueri, quae postea sint dediscenda. Quod vitium multis commune est. Dum enim plus aequo se moribus et consuetudinibus accommodare student, patiuntur saepe pravos mores irrepere, qui postea vix magna cum difficultate possint aboleri. 10
- 9.8 Quod cum aliis in rebus multis, tum vel maxime in religionis negotio usitatum est. Permulti enim nescio quam prudentiae existimationem ex eo aucupantur, quod, dum se hominum moribus accommodant, non pauca in Dei cultu ac religione viciosa tolerari volunt, quae a verbo Dei esse aliena non ignorant—et interea suos liberos a prima aetate in ejusmodi prava consuetudine studiose retinent. 15 11 r°
- 9.9 Quo fit, partim humani ingenii natura, partim justo Dei cultum suum vindicantis iudicio, ut optimorum principum liberi a vera et recta religione non raro in impios ac profanos cultus et pravos superstitiones dilabantur. 5

10 r° 13 ex *ms p.c.*, *SA*: ea *ms a.c*

10 v° 1 cogitetur *SA*: cogitet *ms* 4 illis interrogationibus *ms*: illis autem interrogationibus *SA* 11 aequo *ms*: aequo *SA* 15 in rebus multis *ms*: multis in rebus *SA* 19 quae *ms*: quam *SA*

11 r° 5 ac *ms*: et *SA*

- 9.10 Nec enim aliunde profectum esse arbitror, quod in populo judaico sanctissimorum regum liberi tam proclivi lapsu ad superstitiones in lege Dei vetitas resilierint, nisi quod videbant suos parentes etsi fortasse cultum idolorum aversati fuissent, ipsa tamen simulacra atque altaria caeteraque idolatriae instrumenta retinuisse. Quod etsi nescio qua mollicie animi vel populo vel proceribus vel denique tranquillitati publicae dedissent, a posteris tamen in exemplum arreptum fuit et universo tandem populo cessit in perniciem. 10
15
- 9.11 Quare summo studio cavendum est, ne quid de jure veritatis vulgi pravis opinionibus condonantes liberos nostros errore imbui patiamur, sed omnino est optimis ab ineunte aetate assuescendum. Ab optimis enim ad deteriora proclivis est lapsus, a pravis autem ad meliora difficilis regressus. † 20
- 9.12 Praeterea in Scripturae Sacrae lectione diligenter exercebuntur, praesertim autem in novo testamento, psalmis Davidicis ac Salomonis proverbiiis. Ad eam rem erit apprime utile singulis prandiis ac caenis ab eorum aliquo caput unum clare distincteque legi et mox vel a singulis rato ordine, vel certe prout moderatori erit ad lubitum sine ullo ordine carptim quemque interrogari quid ex eo capite didicerit ac memoria retinuerit. 5
11 v°
- 9.13 Nec erit satis ipsa verba recitare, sed praeterea opus erit aliquid observare, quod vel ad doctrinam vel ad consolationem vel reprehensionem vitiorum vel virtutis ac pietatis laudem pertineat. Ad eam rem fideliter tenellos eorum conatus juvabit moderator et, etiamsi non plane recte dixerint, tamen, quoad fieri potest, laudabit atque in meliorem semper partem interpretabitur. 10
- 9.14 Denique opus erit eos a prima aetate in precationibus assidue ac serio exerceri. Nunquam autem mane surgent neque vesperi ibunt cubitum, nisi primum concepta a moderatore formula Deum fuerint comprecati. In ipsa autem schola quoties vel inchoabitur vel finietur lectio, toties Domini nomen brevi precatione vel ab ipsis praeceptoribus vel a pueris uti a praeceptoribus tradita erit invocabitur. 15
12 r°
- 9.15 Vitia, praesertim ea, quae vel cum dolo vel cum turpitudine atque infamia conjuncta sunt, quale est furtum, mendacium, 5

11 r° 9 vetitas *ms* : veritas *SA* 10 fortasse *ms* : fortassis *SA*

11 v° 2 Davidicis *ms* : Davidis *SA* 8 ipsa *ms* : ista *SA* 14 erit eos a *ms* : erit a *SA*
17 autem *ms* : etiam *SA* 18 toties *ms p.c.*, *SA* : totius *ms a.c.*

- fraus, perfidia, blasphemia nominis divini, graviter castigabuntur acerba increpatione, aversatione, infamia et, si haec minus prosint, ferula ac virgis. Virtutes ac imprimis pietas, charitas, bona indoles, justitia, animi magnitudo (quae abest a superbia et ambitione), laude, applausu, amore ac praemiis decorabuntur. 10
- 9.16 Superbiam atque animi ferociam velim imprimis corrigi et castigari, modestiam autem animi atque humilitatem, ut virtutum omnium matrem ac reginam, vere ac serio illis imprimi. 10
- 9.17 Ad temperantiam etiam quavis ratione assuefieri atque ab ineunte adolescentia edoceri, ut affectibus atque animi cupiditatibus discant imperare, ut in cibo ac potu, somno caeterisque ejusmodi rebus sint moderati. Ad eam rem erit utile eos, qui frenare se minus possunt, interdum ab iis, quae vel maxime appetunt, arceri, aliquando famem, aliquando sitim, aliquando vigiliam, praesertim si sint grandiusculi, imperari. Maxime autem conducet turpitudinis atque infamiae nota inuri, qui suis cupiditatibus plus quam par est tribuunt. 12 v°
- 9.18 In eduliis discant iis, quae apponuntur, abunde contenti esse. Neque omnino probo extra caenae aut prandii tempus cupediis ac deliciis eos assuefieri. Reddit enim hoc teneram aetatem ad ingluviem aliasque pravas cupiditates proniorem. Potius vituperabuntur, si qui ejusmodi ingluvie se oblectant. 5
- 9.19 In ipso ludo velim eorum affectus et cupiditates si non uno impetu frangi, at certe paulatim reprimi, obtundi ac debilitari, ut assuescant sese morigeros imperanti praebere, voluntatem frenare atque imperare animi cupiditatibus. In caeteris denique omnibus rebus assuefiant ab iis, quae vel maxime expetunt, se continere, quae adversa sunt fortiter ferre et interdum etiam per se ea accersere, ut ad constantiam atque fortitudinem animi paulatim conformentur. 15
- 9.20 Inertia atque desidia diligenter excutientur dabiturque opera, ne ullo unquam tempore sint ociosi. Nihil enim adolescenti ingenio turpius est ocio atque ignavia. Auroram Musis esse amicam 13 r°

12 r° 7 increpatione, aversatione, infamia *ms* : increpatione, infamia *SA* 11 superbiam *SA* : superbia *ms* ferociam *SA* : ferocia *ms* 12 autem *SA* : aut *ms*

Σ 7 *Belgice* 16 *surdo fabulam narras.*

12 v° 5 aut *ms* : ac *SA* 6 deliciis eos assuefieri *ms* : deliciis assuefieri *SA* 7 proniorem *ms* : promiorem *SA* 17 atque *ms* : ac *SA*

13 r° 1 esse amicam *ms* : amicam esse *SA*

a prima aetate intelligant, somno non utantur nisi moderato quae naturae necessitati ac refocillandis viribus, non desidia neque ignaviae inserviat.

- 9.21 Caeterorum porro vitiorum quae in humana natura plerumque solent ab ineunte aetate radices agere conditiones in singulis diligenter atque attente observentur, nimirum an sint ad avaritiam proni aut ad prodigalitem, ad iracundiam ne praecipites ferantur, an vero segnes ac stupidos animi motus habeant. Num etiam ad ebriositatem, ingluviem, libidinem, luxum aliave ejusmodi proclivis sit indoles: et pro naturae cujusque conditione prudens moderator suam gubernandi rationem attemperabit. 5
10

Ingenii cultus

- 10.1 Ingenii cultus vel ad intelligentiam pertinet ac vivacitatem apprehensionis seu percipiendi facultatem, quae Graecis ἀγγίνοια dicitur et a sensu communi manat, vel ad iudicii ac ratiocinationis vim, quae διανοητικῆς nomine censetur, vel ad memoriam vel denique ad eorum quae animo percepta sunt aptam, gravem et ornatam elocutionem, quae tamen ipsa ad corporis considerationem nonnullam etiam pertinet. I 15

Intelligentia

- 11.1 Intelligentia fere solius naturae beneficium est. Multa tamen exercitatione fit promptior ac solertior. Eo conducit rerum abditarum atque obscurarum investigatio involutarumque explicatio. 13 v°
- 11.2 Quamobrem utile fuerit pueris (etiam animi gratia) proponi apologos, maxime eos, qui a magnis viris in rebus gravibus usurpari solent itemque aenigmata atque obscura dicta eorumque significationem ac solutionem propositis praemiis deposci, in rebus etiam difficilibus atque ambiguis intricatisque negociis, si quando in autorum lectione occurrent, consilium ab eis expeti. 5
- 11.3 Quoties itaque historiae praelegentur recitabunturve et incident res arctae ac dubiae, quaerendum erit quid illi in ea rerum angustia facturi fuerint aut quem rebus inventuri exitum. Id 10

13 r° 8 prodigalitem, ad iracundiam ne *ms*: prodigalitem iracundiamve *SA* 11
conditione *ms*: ratione *SA*

Σ 9 *quid hic facit occultatio?*

13 v° 2 ac *ms*: atque *SA*

- enim et voluptate puerorum afficiet ingenia et incredibilem ad excitandam ingenii solertiam fructum adferet.
- 11.4 Deinde etiam exercebuntur in recitandis legendisque veterum et simul recentiorum, si quae sint, acutis et gravibus sententiis, apophthegmatibus, symbolis ac stratagematis, quibus tum domi tum militiae viri praeclari ac solertes usu esse commemorantur. Similia etiam eis invenienda proponuntur et simul eorum themata, quae scribenda proponuntur, ad ejusmodi tum dicta tum facta praeclara referentur. 15 14 r°
- 11.5 Summopere autem fructuosum erit elementis geometricis atque arithmetiis imbutos de iis a praeceptore interrogari idque vel maxime in animorum relaxatione fieri. Praemium recte respondentibus laudem atque applausum, male autem atque inscite dicentibus poenam esse lenem vituperationem ac ipsos inter se ejusmodi concertationis genere quam saepissime exerceri 5
- 11.6 Ad haec, si quidem omnino fieri queat, ego maximo cum fructu putarim veterem illum Persarum morem a Xenophonte celebratum posse revocari, ut nimirum pueris atque adolescentibus suis sit senatus, in quem de rebus quidem puerilibus, at certe tamen ejusmodi, quae ad vitam formandam, pietatem excitandam atque excolendum ingenium pertineant referatur, sua item subsellia, sua iudicia et causae forenses. 10 15
- 11.7 Et ex iis deligantur iudices et causarum patroni, coram quibus accusentur ii, qui vel perperam vel turpiter ac minus decore vel scelerate quid gesserint—ut si quis alteri quid injuste ac per vim seu dolum malum eripuerit, si quis maledicto et convicio sodalem lacessiverit, si quis se vel ingratum benefactori vel parenti ac praeceptori impium praebuerit, si quis quid intemperanter ac lascive obsceneve vel dixerit vel gesserit. 20 14 v°
- 11.8 His autem iudiciis praesit ex eorum numero qui et aetate et probitatis atque ingenii laude caeteros antecedit. Adsit autem plerumque moderator aliquis, qui quae recte iudicata sunt suffragio suo et collaudatione comprobet, quae secus pro delicti ratione moderate castiget. 5

13 v° 19 proponuntur SA : proponunt ms

14 r° 4 interrogari ms : interrogati SA 9 maximo cum ms : cum maximo SA
16 deligantur iudices et causarum patroni ms : deligi iudices et causarum patronos SA

14 v° 2 lascive ms : lassive SA

Judicii exercitatio

- 12.1 Sequitur iudicium, in quo excolendo vel omnium praecipua erit cura adhibenda. Iudicium enim in veri perspicentia ejusdemque a falso discriminatione versatur, causas rerum videt easdemque inter se nequit, ex praeteritis praesentia colligit, futura ex praesentibus prope indubitata conjectura prospicit, similitudines comparat, discrepantias dijudicat, composita secernit, sejuncta aequabili ac rata proportionem connectit, abstrusa ratiocinando investigat et quicquid denique humana prudentia consequi potest, id haec una mentis vis, quam iudicii ac ratiocinationis nomine intelligimus, propemodum complectitur. 10 15
- 12.2 Ac proinde in rebus humanis principem locum obtinet et in omni consiliorum ac prudentiae ratione sola, quod ajunt, utramque paginam facit. Etenim sive tecum agas quid sive cum alio quavis de re disseras, sive in senatu aliove | quovis consessu sententiam dicas, seu de re militari vel forensi vel denique publica vel privata quippiam statuas, bono ac sincero iudicio vel inprimis certe opus est. Quod si adhibueris, quarum rerum est tractatio, earundem solers ac peritus, sin minus rudis atque expers, ne dicam excors habeberis. 20 15 r° 5
- 12.3 Quare summum profecto in iudicio puerorum excolendo acuendoque adhibendum est studium summaque sollicitudo et sane in omnibus eorum studiis, actionibus exercitationibusque, tum seriis tum ludicris, semper ejus haberi rationem volumus, ut vel aliquo certe pacto semper crescat promoveaturque. Iudicium enim sine doctrina permultum saepe valet. Sine iudicio autem doctrina non modo locum tueri suum non potest, sed quo etiam major est, eo magis ineptitudini, indecoro ac τῆ ἀπειροκαλία se affinem praebet. 10 15
- 12.4 In studiis certe ejus ratio habebitur, si hoc vel maxime a prima aetate vitetur, ne quid pueri addiscant, quod ab eis vel aliquo certe tenus pro sui nempe ingenii modulo non intelligatur, ne multis simul obruantur, sed quae discunt, ea paulatim et quasi guttatim instillentur. 20

15 r° 2 re militari *ms* : re vel militari SA 3 inprimis certe opus *ms* : inprimis opus SA 11 crescat promoveaturque *ms* : crescant promoventurque SA 17 aliquo certe tenus *ms* : aliquatenus SA

- 12.5 Ubi grammaticam addiscunt ne onerentur multis iisque obscuris atque inutilibus regulis, sed paulatim assuescant observare quid recte, quid prave dictum sit. Quod ut fiat, revocanda erit ad praeceptorum traditorum observationem linguae vulgaris ratio. 15 v°
- 12.6 Ut exempli gratia, nolo pueri memoriam obtundi regulis illis in scholis hodie protritit: quae et quot accidant nomini, quae verbo et quae sint regulae de nomine, de verbo ac participio, nec obscuris illis ac longis singularum orationis partium definitionibus ac divisionibus aliisque ejusmodi infinitis, quae vel ad nauseam usque tenellis adhuc et fastidiosis puerorum ingeniis nihil minus quam intellecta vulgo inculcantur. 5
10
- 12.7 Sed vel ex maternae linguae observatione discant variis exemplis ac multo usu, frequentibus atque iteratis interrogationibus nomen a verbo et utrumque a caeteris orationis partibus discernere atque ita paulatim quid singula quaeque sint dijudicare eodemque modo advertant quomodo masculinum nomen a foeminino discrepet, quomodo masculinum non nisi masculino jungatur, foemininum foeminino, quam foedum et auribus insolens fuerit, si quis dicat *das frau, die man, der buch* aliaque ejusmodi. Quae si primo statim momento non capiant, haud propterea erit abjiciendus animus, sed quoties dabitur occasio eadem iterato inculcanda et l exemplis e vernaculo sermone petitis etiam in ludo atque animi recreatione demonstranda illustrandaque. 15
16 r°
- 12.8 Neque tamen omnino velim regulas omitti, sed eas in quam paucissimas contrahi, quae minus sunt necessaria praetermitti, observationi quam plurima relinqui, observationem autem exemplis quotidiani sermonis quasi digito demonstrari. Eos deinde inter se certare ratione potius ac observatione quam regularum recordatione utile est, nisi forte tam capax habeant ingenium, ut regulas possint ad observationem ipsimet rite adaptare. 5
- 12.9 Idemque velim fieri in caeteris artibus. Cum enim omnis ars atque scientia constet observatione earum rerum, quas natura 10
- Σ 22 *quales (?) ita non sunt (?)*
- 15 v° 6 et quae *ms* : etc. Quae *SA* 13 discernere *ms* : cecernere *SA* 18 frau *ms* : Vraw *SA* der buch *ms* : den burch *SA* 20 occasio eadem iterato *ms* : occasio erunt eadem illa iterato *SA*
- Σ 6 *Id est παράδοξον.* 12 *quo non obtunditur memoria?*
- 16 r° 11 artibus *ms* : artibus, quam paucissima instillari *SA*
- Σ 3 *Wasch mir den Peltz, mache Ihn nicht nas.* 7 *ut nihil certi habeant quo se regant, sed semper fluctuent*

- produxit, velim ejus observationis fontes ac thesauros puerilibus oculis quantum eorum acies patitur aperiri eosque tanquam in rem praesentem deduci, ut quod in scholis addiscunt, ejus usum in quotidiana consuetudine propemodum cernant oculis. 15
- 12.10 Potissimum autem id fieri velim quando jam aetas accuratior observationis paululo est capacior et simul ejus, quae traditur, scientiae magis particeps. Ut enim grammaticae ratio maxime in arbitrio loquentium versatur neque potest certa arte comprehendendi, ita contra | arithmetica, geometria et vero etiam dialectica seu ratio atque ars disserendi disputandique in observatione ordinis, quem natura una cum primordiis communium notionum homini inseruit et natae sunt et deinde observatione excoltae adoleverunt. 20 16 v°
- 12.11 Quare velim eas artes non regulis, non ediscendis de verbo ad verbum longis contextibus, sed ingenii solertia atque acuta observatione memoriae mandari. Id fiet, si exemplis maxime, non regulis, doctrina instituatur et ad exempla deinde scriptae regulae accommodentur, non, ut vulgo fit, ad regulas exempla. Certum enim est rudiores esse modum docendi ab ipsis effectis ad causas et ab exemplis ad certos demonstrationis fontes quam a fontibus demonstrationum ad exempla. 5
- 12.12 Ut itaque puerum edoceam quid sit genus, quid species haud profecto tradam Porphyrii definitiones easque memoriae per vim inculcabo, sed exempla varia depromam ac more inductionis socraticae tamdiu a puero sciscitabor discrimen inter genus et speciem, donec variis exemplis inductus ipsemet regulam aliquam possit certam statuere. 15
- 12.13 Ut enim certum est, etiam tradente philosophorum principe Aristotele, apud rudem plebeculam plus valere inductionem, apud doctos vero majus | habere pondus syllogismum, ita est extra controversiam in pueris erudiendis una inductione quam 20 17 r°

Σ 19 *Haec insolentes, inflatos, arrogantes, contumaces, turbatores, malos cives et perfidos facient et qui ut regulas ita leges etiam fastidiant, contemnant, violent, rumpant cum magno Reipublicae et Ecclesiae malo.*

16 v° 3 notionum ms : notiorum SA 9 regulae ms : regulas SA 12 causas et ab ms : causas, ab SA 17 sciscitabor ms : suscitabor SA

Σ 7 *Ad regulam ut ne vivant operam dederunt Belgae.* 10 *regula ad lapidem et lapis ad regulam* 13 *Igitur non a fontibus est initium sumendum.*

in finitis regulis multo plus profici. Etenim per τὸ ὅτι veniendum est ad τὸ διότι, non e contra, uti hodie plurimum fit.

- 12.14 Qui enim vulgo instituunt iuventutem habent hoc in more, ut infinitis regulis ac praeceptionibus eos per multos annos excrucient et tum demum, et vix etiam tum, ad exemplorum demonstrationem veniant. Hinc fit, ut multi persaepe totos decem et amplius annos in dialectica triverint, qui necdum vel exiguum ejus usum queant intelligere. 5
- 12.15 Neque tamen ita volo praeceptorem exemplis inhaerere, ut nunquam ad fontes rationum veniat. Sed posteaquam in exemplorum copia pueri coeperint animadvertere quid velit praeceptor, continuo erunt rationum momenta adjungenda et ex multis particularibus constituendum generale quippiam, quod quasi quoddam διότι sit cuique tanquam firmatae basi doctrina tantisper inhaereat, donec ipsos veros causarum fontes possint vel accuratius doctrina vel confirmatius intelligentia consequi atque percipere. 10
- 12.16 Eandem velim in arithmetis ac geometricis adhiberi rationem. | Inprimis autem eos more Graecorum Euclidis elementis imbui et in geometricis demonstrationibus eorum ingenia propositis etiam puerilibus praemiis diligenter exerceri. Mirum enim quantam voluptatem liberalia ingenia ex eo capiant, ubi per se ipsa aliquid observare possint. 15
- 12.17 Postea vero quam paulo provectiores esse coeperint, tum vel maximam iudicii formandi acuendique rationem habere oportebit. Argumentorum ac ratiocinationis fontes eis perspicue aperiri, connexionum inter se cohaerentias declarari et ex quam optimis historiis exempla rerum gestarum, res gestas rerumque consilia proponi, quid recte, quid perperam factum sit exquiri singulorumque rationes et causas deponi. In quotidiano sermone, in convivio, in jocis, in seriis, in ludo ac relaxatione animorum idem per occasionem fieri. Breviter, nihil praetermitti, quod ad iudicii vim acuendam facere possit. 20
- 12.18 Ad universum autem studiorum genus pertinet notionum communium, quas ἀξιώματα καὶ ἀρχαί Graeci, nostrorum vulgus *maximas* et *principia* appellat, fontes in omnibus artibus ac scien- 17 v°

7 r° 4 e contra *ms*: contra *SA* 17 inhaereat *SA*: inhaerent *ms*

7 v° 5 ipsa *ms*: ipsos *SA* possint *ms*: possunt *SA (AL)* 17 καὶ *ms*: & *SA*

- tis a prima aetate diligenter erui atque inculcari, | in iisque sedulo eos exerceri, tum ut singula ad suas notiones communes more geometrico referre discant, tum ut ipsa axiomata pro rerum subjectarum discrimine queant distinguere. 18 r°
- 12.19 Haec autem in ethicis potissimum ac politicis simul et oeconomicis fieri velim et quidem eo more, quo solent jurisconsulti sua axiomata suasque juris regulas in particularia dispescere et, ut ipsi vocant, ampliari seu ad singulas species extendere et deinde limitare suisque exceptionibus quasi quibusdam regionibus circumscribere. 5 10
- 12.20 Quo enim politicae ac ethicae actiones pluribus accidentibus et magis variis rerum casibus, ex quorum natura variantur, sunt obnoxiae, eo difficilius judicari recte possunt. Ita ut hinc oriatur crassa illa et caliginosa humani ingenii in ejusmodi negociis caecitas et simul tanta rerumpublicarum tam varie administratarum et tam inter se discrepans diversitas. Quo autem negotium est difficilius, eo studiosius velim adolescentis ingenium in hac arena volutari, ut obscuritatis discussa caligine ipsam rerum veritatem discat invenire et quasi oculis cernere. 15
- 12.21 Quod enim in omnibus artibus locum habere docet philosophorum princeps Aristoteles, ἀρχὴν εἶναι τοῦ παντὸς ἡμῶν, id est principium esse dimidium | totius, id certe vel maxime in politicarum ac forensium et vero etiam domesticarum rerum usu locum obtinet, in quibus, quia tot rerum contingentium varietatibus sunt implicatae, paucissimi communes notiones recte cognitae habent et inter eos ipsos, quibus sunt cognitae, multo sunt etiam pauciores qui ad rerum usum norint eas accommodare. 20 18 v°
- 12.22 Constat etenim haec ars non scientia, sed longo usu ac rerum diligenter observatarum experientia. Ad quam si mentis ac ratiocinationis vis accesserit, non potest profecto non divinum quiddam et admiratione dignissimum ex eo proficisci. 5 10
- 12.23 Quamobrem necesse erit pueris rerum omnium, quae ad vitam tum domi tum militiae recte et cum ratione instituendam pertinent, locos quosdam communes praescribi et consignari, quibus singulis suae communes notiones et axiomata quasi sum-

Σ 19 at non debent regulis cruciari.

18 r° 14 ejus modi *ms* : ejusmodi *SA* 15 administratarum *ms* : administrandarum *SA*

8 v° 7 etenim *ms* : enim *SA*

- ma rerum capita asscribantur eaque ipsa tum gravibus summo- 15
rum virorum sententiis, apophthegmatis et chriis, tum vulgo pro-
tritit proverbiis, metaphoris, allegoriis, parabolis atque apologis
confirmentur.
- 12.24 Postremo singularibus rerum gestarum, quae tam in historia 20
quam in communi vita occurrunt, exemplis illustrentur et adhi-
bita rerum ad doctrinam comparatione vel generali notione ex-
plicentur | definianturque, vel singularibus tum personarum tum 19 r°
locorum tum temporum circumstantiis quasi quibusdam cancel-
lis circumscribantur atque ita discant adolescentes generales illas
notiones ad singulares rerum casus atque eventa prudenter et
sine errore accommodare. 5

Memoriae exercitatio

- 13.1 Sequitur memoria fidissima certe ac preciosissima rerum et usu et 10
arte observatarum conda ac proma. Cujus ego maximam etiam
rationem ab ineunte aetate haberi velim. Etenim etsi vel maxime
a naturae beneficio proficiscitur, potest tamen indubie etiam arte
atque industria augeri et conservari. Primum quidem accommo-
data ad naturam victus ratione, tum continuata ac perenni exerci-
tatione et simul rerum percipiendarum ordinata serie, postremo
magna atque inflexa animi ad res propositas attentione.
- 13.2 Victus ratio, quae ad confirmandam augendamque memoriam 15
pertinet, e medicorum scriptis peti debet, inter quos non paeni-
tendum hac de re libellum edidit Jeronymus Gratarola, quem de
conservanda augendaque memoria inscripsit, ubi et de naturali
et de artificiali memoriae ratione praeclare et copiose quaecun-
que pene in illud argumen|tum dici possunt pertractavit. Eum 19 v°
perlegat, si quis accuratam ejus rei explicationem requirit.
- 13.3 Interea nostrum generosae pubis institutorem meminisse 5
volumus sapientissimi illius Chii Hippocratis dictum, ὄσκησις
ὑγιείης ἐστὶ σιτίων μὲν ἀτροφίη, πόνων δ' ἀοκνίη, toto quidem vitae
curriculo locum habere, at certe tamen inprimis ad conser-
vandam corroborandamque memoriam pertinere. Itaque sedulo

19 r° 16 Jeronymus *ms*: Hieronymus *SA* 17 inscripsit *ms*: conscripsit *SA*

Σ 8 *at prius obtundebatur regulis memoria.* 16 *Equidem ita ut nequidem congrua scripserit; nimirum ingenio est memoria non obtusa regulis grammaticis*

9 v° 5 ἀοκνίη *ms*: ἀοκνίη: i. (d est): Optimae sanitati opera datur, si victui infra satieta-
tem, laboribus autem impigre indulgeatur *SA (italico typo, ergo suo iudicio addidit)*

- dabit operam noster juventutis formator, ut a prima aetate moderationem tum in cibo et potu tum in corporis animique exercitationibus adhibeant adolescentes. Ea enim non tantum memoriam, sed omnes pariter animi et corporis vires cum primis vegetat atque corroborat. 10
- 13.4 Quandoquidem autem animi dolor atque moesticia vel maxime ingenii vires obtundit et reminiscentiam ipsam labefactat (languescit enim moerore cordis virtus et quadam sua συμπαθεία nervorumque, qui a cerebro in cor propagantur, compressione etiam cerebrum laeditur ac spiritus animalis vis paulatim prosternitur), omnino danda est opera, quoad quidem ejus fieri potest, ut perenni ac continua quadam hilaritate perfusi sint adolescentium animi neque occasio eis detur, cur vel diuturno vel frequenter iterato moerore contabescant. | 15
- 13.5 Quare cavebit prudens moderator, ne tenera puerorum ingenia ac ipsam etiam memoriae vim immoderata severitate et vel querula atque difficili morositate vel plagosa immanitate obtundat atque obstupefaciat. Sed inprimis curet, ut se ab eo diligenti sentiant eique se suosque tenellos conatus placuisse gaudeant ac proinde vicissim benevolentia et amore illum complectantur eique se charos praestare omni conatu elaborent. Hoc enim non modo ad studia promptiores eos reddit, sed etiam animos suavi quadam voluptate perfundens ad ingenii ac memoriae vim acundam mirifice est efficax. 5
- 13.6 Sequitur deinde assiduus et continuatus memoriae usus atque exercitatio, quae sane vel summum ad eam confirmandam corroborandamque et vero etiam augendam momentum obtinet. Sed videndum est quibus rebus quibusque temporibus et qua demum ratione ea potissimum exerceri debeat. 10
- 13.7 Ego certe existimarim a prima aetate memoriae mandanda esse ea, quae inde usque in exitum vitae firmiter retineri est operae precium. Nec enim possum eorum probare consuetudinem, qui puerilem memoriam quibusvis sine discrimine rebus onerant jubentque memoria recitare scriptorum etiam non probatorum | nihilque vel certe parum in posterum profuturorum integras paginas. 20
20 v°

19 v° 19 ac ms : et SA

20 r° Σ 1 Pulcre, siquidem possit. 17 Huc igitur non pertinent regulae artium?

- 13.8 Ego vero censuerim quod ad res quidem ipsas attinet Pauli
epistolas praesertim graeca lingua memoriae puerorum esse
committendas et optimorum poetarum selectas gnomas, quales 5
sunt Pythagorae et Phocylidis versus, Homeri ac Pindari atque
Euripidis et inter Latinos Horatii poemata atque inprimis Geor-
gii Buchanani psalmi.
- 13.9 Quod vero ad orationis ornatum et linguam excolendam
spectat, non possum non probare, ut Ciceronis aliquot orationes, 10
praesertim si quae sunt non nimium prolixae ac simul Demo-
sthenis nonnullae memoriter de verbo ad verbum addiscantur.
Hoc enim, praeter quod stylum mirifice format simulque aurium
iudicium acuit, ut gravem, plenam ac numerosam orationem a
jejuna atque hiulca et aspera possint secernere, etiam ad rerum 15
ac sententiarum ubertatem et ad parandum iudicii acumen quam
plurimum conducit.
- 13.10 In historiis vero ac rerum gestarum narrationibus, in praecla-
rorum virorum et quovis virtutis genere praestantium nomi-
nibus, exemplis ac praeclaris facinoribus commemorandis, in 20
temporum serie percensenda, in regum atque impelratorum
continuata inter se successione ac rebus gestis pertexendis velim
eorum memoriam vel inprimis exerceri. Ut nimirum singulis die-
bus ad singula virtutum proposita genera optimorum exemplo-
rum seriem assuescant composita, pura atque eleganti oratione 5
tum dicendo tum scribendo pertexere. Res praeclare gestas
prout vel a Livio vel a Valerio Maximo aliisve historicis com-
memorantur ornate et ad rem accommodate explicare.
- 13.11 In geographicis praeterea non segniter memoriam exerceri
oportebit, ut nimirum pro eo, quod alii suos adolescentes plaust- 10
ris carminum et nescio quarum rerum onerant, nostri adolescen-
tes discunt in singulis orbis partibus singulas provincias et in
provinciis praecipuas quasque urbes et maxime eas quae a scrip-
toribus celebratae sunt, una cum fluminibus, lacubus, montibus
aliisque insignioribus locorum notis enumerando percensere 15
urbiumque situm, originem ac res praeclare bello domique ges-

20 v° 13 simulque *ms* : simul quoque *SA* 15 hiulca *ms* : hiulco *SA*

Σ 8 *Virgilius e(st) n(on) lat(inus)? Terentius Plautus absunt.*

21 r° 4 ad *ms* : ac *SA* 5 seriem assuescant composita *ms* : seriem composita *SA*

Σ 6 Ad *puram et elegantem orationem cuantum pertinet operae! Quantum laboris! Regula-
rum, observationum quibus teneros animos obtundi noluisse supra.*

- tas et memorabiles quosque casus pertexendo commemorare, ita ut quoties loci cujuscumque vel a poetis vel ab historicis celebrati mentio inciderit, continuo ejus situm, naturam et eventa quaeque admirabilia in mente quasi in quadam tabella depicta habeant. Discant etiam vetera locorum nomina cum novis conferre et Strabonis ac Ptolomaei | Pliniique geographiam ad recentiorum cosmographorum amussim exigere. 20 21 v°
- 13.12 Ad eam rem erit utile locos communes et praecipua quaedam capita eis consignari, ad quae tanquam ad certas classes quaecunque a praeceptoribus in id argumentum tradentur referre possint, ut ea quoties deposcentur confestim in promptu habeant. 5
- 13.13 Caeteris porro quae in iudicii acumine et vi posita sunt, qualia sunt dialecticorum et rhetorum praecepta, geometrarum dogmata aliaque ejuscemodi ad verbum ediscendis, nolim magnopere memoriam onerari. Res quidem insigniores et quasi summa capita memoria recondi, caetera vero ratiocinationis atque intelligentiae vi potius quam reminiscentiae labore erui velim eosque communium notionum et principiorum apertis fontibus ad reliquam disciplinarum structuram, quasi ad rivulos exinde promanantes, sua quadam sponte deduci. 10 15
- 13.14 Quam ipsam instituendi rationem Phaedone commonstravit Plato eamque omnem reminiscentiae propriam fecit. In quo quidem praeceptorum reclamant Aristoteles, nec fortasse injuria. Sed quoquo se res modo habeat, id utique est extra controversiam, positum vel a natura vel a docentis institutione primis ac summis disciplinae cujusque notionibus quasi quibusdam fundamentalibus, caetera quae deinceps superstruuntur non memoriae oneri de verbo ad verbum inculcata, sed per se ac suapte sponte paulatim ratiocinando eruta, menti ac intelligentiae quasi proprium foetum ac suavem editum fructum voluptati esse debere. 20 22 r° 5
- 13.15 At in historiis iisque quae ad cosmographiam pertinent, quia vel sola vel certe maxime valet memoria, iudicium ac ratiocinatio vix ullum locum obtinet, nisi forte dum in exemplum trahuntur, non immerito putarim memoriae vim assidue esse exercitandam.

21 r° 21 vetera *ms* : veterum *SA* 22 Ptolomaei *ms* : Ptolemaei *SA*

21 v° 4 consignari *ms* : consignari *SA* 8 et *ms* : ac *SA* 12 eosque communium *ms* : eosque ex communium *SA*

∑ 10 *Iterum praecepta non iubet discere.*

22 r° 9 assidue *ms* : assiduo *SA*

- 13.16 Tempus ad exercendam memoriam nullum non est accommodatum, ex quo cum aetate ingenium nonnihil coepit adolescere. Quo autem aetas est tenerior, eo proculdubio tenacius quae semel percepta sunt memoriae infixae manent. 10
- 13.17 Quare a prima statim pueritia ad formandam memoriam animum adjuvare oportebit, propositis primum precationibus et doctrina catechismi. Sed eo tamen ipso nolim ita obrui tenellum pueri ingenium, ut dum in verbis ediscendis sese excruciat, rem ipsam ac sensum negligat. Quod quidem hodie plerumque videmus usu venire, ut, dum picarum ac psittacorum more verba discunt | pueri recitare, ita eorum mens obtundatur, ut ne dum grandiusculam aetatem contigerint rem ipsam verbis enunciatam queant intelligere. 15 22 v°
- 13.18 Nos potius ex Scriptura insigniores locos ac sententias eis esse proponendas memoriaeque commendandas censemus, de quibus interrogati respondere discant easdemque ita familiariter et ad eorum captum accommodate explicari, ut si non perfecte pleneque, at certe quadantenus pro suo modulo possint intelligere. Ac tum porro de aliis rebus, quae illis ipsis Scripturarum testimoniis confirmari possint, interrogentur et ad quae jam didicerunt quaeque memoria fixa tenent relegentur, ut et locos quosque Scripturarum insigniores in promptu habere et simul eorum usum paulatim perspicere consuescant. 5 10
- 13.19 Et quidem istiusmodi ratione velim eos usque in octavum nonumve aetatis annum exerceri. Inde paulo ampliora proponi, ut sunt breves epistolae Pauli, Joannis ac Petri et simul ex prophetis aliisque sacrae paginae autoribus insigniora quaeque capita. Ea vel singulis diebus vel certe saepius in hebdomada repeti. 15
- 13.20 Inde post biennium plus minus, ubi jam memoriae vis nonnihil roboris acceperit, ex aliis etiam autoribus ac praesertim ex Cicerone probatissimis poetis atque optimis | historicis selectissima quaeque memoriter etiam ad verbum ediscenda proponi. 20 23 r°

22 r° 16 nolim *ms a.c. (teste Gun)*, SA : velim *ms p.c.*

Σ 13 *quomodo igitur in puero obtunditur?* 16 *sed non regulis et accidentibus nostrorum verborum*

22 v° 1 dum grandiusculam *ms* : dum ad grandiusculam SA 5 censemus SA : censemus *ms (teste Gun)* 8 pleneque *ms*, SA : planeque *Lac, fortasse recte iudice Gun* modulo possint *ms* : modulo eas possint SA 15 nonumve *ms* : nonumque SA 17 ea *ms* : eaque SA

- 13.21 Utile autem erit, quod interdiu didicerint, id vesperi, antequam eant cubitum, recitari et mane, simulatque surrexerint, denuo quasi depositum repositi et simul more Pythagoreorum, quem etiam a Catone majore usque in extremam senectutem observatum fuisse tradit Cicero, quid quoque die dixerint, audierint, egerint, quo loco et apud quos fuerint vesperi ordine commemorari. Incredibile enim est quantopere hoc et memoriam juvet et ad certum in rebus tum gerendis tum addiscendis ordinem animum conformet et denique rei bene maleve gestae recordatione ingenium atque indolem ad virtutem accendat. De ratione itaque qua sit exercenda memoria quae sit nostra sententia, puto profecto ex iis quae dicta sunt abunde posse intelligi. 5
10
- 13.22 Nam ad artificialem memoriae rationem quod attinet, quae locorum atque imaginum notis constat, etsi nolim eam improbare, praesertim si quibus divina quaedam atque excellens ingenii vis singulari quodam munere concessa sit, ego tamen meos adolescentes ea nolim excruciarum. Primum enim, praeter quod est operosa atque difficilis et non magnum usum in quotidiana vitae consuetudine obtinet, solet etiam nescio quo modo iudicii vim obtundere. Quod et multorum exemplis qui se in ea exercuerunt et ipsa etiam ratione, si necesse sit, possim declarare. 15
20
23 v°
- 13.23 Certum enim est, qui in memoria tenendis tot locis atque imaginibus laborat, in quibus nullam seriem nullamque certam rationem atque ordinem animadvertit, ei iudicii ac ratiocinationis facultatem, quae potissimum ratione atque ordinata connexionis serie constat, paulatim, nisi sit alta quadam ac singulari mente praeditus, confundi atque obrui debere. 5
- 13.24 Nolim tamen hoc a me dictum ita accipi, quasi summorum virorum auctoritatem qui hac de re scripsere putem esse elevandam. Relinquo enim suo quemque iudicio. Ego de meis formandis tantum laboro, in quo mihi non tam quod summum ac perfectissimum, quam quod factu facile est et minus remotum a rerum domesticarum atque forensium usu considerandum propono. 10
15
- 13.25 Et sane in eo ipso maximum ad memoriae vim augendam pondus puto obtinere seriem rerum percipiendarum rite et apposite ordinatam simulque iudicii mutuam cum memoria ope-

23 r° 18 concessa sit *ms* : cocessa est *SA*

∑ 5 μηδ' ἔπνον 9 *Vir bonus Virg(ilius) (?)*

23 v° 13 summum ac *ms* : summum est ac *SA*

- ram, ut nimirum quae memoriter adolescentes ediscunt, ea primum, quoad fieri poterit, mente atque intelligentia complexi fuerint eorumque rationem et causam perceperint et si sint historiae in ordinem certum eas ad communia quaedam capita digesserint, ex quorum serie singula in suas classes referre possint. Ego enim pro notis locorum atque imaginibus, quae in artificiali memoria usurpantur, summa rerum capita seu locos communes hic adhiberi utilius esse existimo. 20
24 r°
- 13.26 Quarta ratio firmandae memoriae a nobis posita erat animi sedula ac seria attentio. Quod enim olim in religione ac deorum cultu et sacrificiis atque auguriis ex instituto Numae Pompilii a praecone plebi romanae denunciabatur, nimirum *hoc age*, id profecto in hoc nostro instituto vel in primis locum obtinet. Monebatur enim hac praeconis voce populus, ut ne oscitanter atque aliud agens et, quemadmodum est apud Plutarchum, ἐν παρέργῳ καὶ ἀμελῶς, ἢ ἐκ παρόδου deorum suorum sacra celebraret, sed omnem animi contentionem ad ea quae agebantur adhiberet. Ita et nobis monendi sunt nostri adolescentes, ut quoties aliquid sibi ad discendum proponunt unde fructum aliquando sperent, et praesertim si quid mandandum sit memoriae, ne alio suas cogitationes vagari patiantur, sed *hoc agant* omnesque ingenii et mentis vires ad hoc ipsum, quod sibi proposuerunt, intendant. 5
10
15
- 13.27 In quo non possum non laudare sapientissimum Spartanorum institutum, qui, uti a Plutarcho proditum est, a suis conditionibus et iudiciis et senatorum ephorumque subselliis omnium generis signa, picturas sculpturasque procul removerunt, ut ne videlicet eorum mentes, qui reipublicae consulturi essent et de reorum vita ac morte sententiam dicturi, ulla re ab eo, quod unum agendum esset, avocarentur. 20
24 v°
5
- 13.28 Quo etiam puto referri posse, quod Athenienses suos Areopagitas in tenebris sententiam dicere voluerunt, ut nihil plane esset, quod eorum animos posset ab institutae rei seria atque attentata cogitatione avertere. Democritus certe philosophus tanti putavit ad philosophiae studium interesse si nihil haberet, quo mentis suae cogitationes a rerum animo conceptarum medita-

23 v° 19 ediscunt *ms* : ediscant *SA*

24 r° 2 quorum *ms* : quarum *SA* 16 ad discendum *ms* (?) : addiscendum *SA* : ad addiscendum *Cat* 18 omnesque *SA* : eosque *ms*

24 v° 2 et senatorum *ms* : ac senatorum *SA* ephorumque *SA* : ephorumque *ms* (?)
5 reorum *ms* : rerum *SA* quod unum agendum *ms* : quod agendum *SA*

- tione diverteret, ut se oculorum ipse luminibus sponte orbaverit, quo posset mentis aciem in contemplationem meditationemque rerum naturalium vehementius intendere. 15
- 13.29 Nihil est itaque cur verear, ut tantorum virorum auctoritate subnixus λεπτολογίας ac morositatis accusari possim, si quod res est dixerō., nimirum haud posse mihi probari eorum morem, qui scholas suas atque gymnasia, in quibus omnes animi ac mentis vires ad unum id, quod propositum est, intendi debent, vel statuis ac picturis aliisque tum fictis tum caelatis signis structurisque exornant, vel l avicularum aliorumve animalculorum caveis atque aliis ejusmodi ludicris instruunt, quibus profecto et oculi cogitationesque adolescentium, per se alioqui plus satis inanium, distrahuntur et memoria, si quando quid ediscendum sit, mirandum in modum retardatur. 20 25 r°
- 13.30 Procul itaque a sacra Musarum aede omnia ejusmodi avocamenta releganda censeo et si omnino se his oblectare pueri volent in caenaculis aut cubilibus esse, non in scholis, suspendenda. Hic enim unum illud adolescentibus nostris assidue occini volumus, *hoc age*, propterea quod, si terrarum usquam alibi, certe hoc loco nisi uni rei intentus esse animus non potest. 10
- 13.31 Deinde etiam summopere cavendum est, ne nimium variis ac diversis rebus et studiis puerorum vel animus distrahatur vel memoria obruatur. Ea autem cura praecipue adhibenda est in iis, qui ad multarum simul rerum varietatem suapte natura solent esse proclives. Nam etsi potest esse boni ac praestantis ingenii signum multa simul velle complecti, tamen ubi coepit hoc vitium paulo altiores radices agere, vix est, ut non tandem luxuriantium pampinorum more maturioris fructus spem obruat et in levitatem atque inconstantiam abiens nimium oppressi et tam varia rerum mole obruti ingenii ruinam secum trahat. 15 20
- 13.32 Paulatim enim ingravescente aetate pessum it memoria. Judicii l etiam ac mentis vis objectarum rerum varia permixtione confusa languescit. Quare summa hic erit praeceptorum adhibenda cura, ut singulorum indolem atque ingenium recte perspectum cognitumque habeat et, ut ait ille, cujusque 25 v°
- ... quid ferre recusent,
quid valeant humeri ... 5

diligenter ac serio expendat et pro eorum natura se cuique attemperans, si quos viderit ad hanc rerum inconstantem varietatem leviter ferri, eos uni tantummodo rei mancipatos autoritate sua coerceat. Et hactenus quidem de memoria. 10

Elocutionis exercitatio

- 14.1 Quod ad elocutionem attinet, etsi maximum in eo momentum esse positum arbitramur, ut quae animo recte percepta sunt apte, convenienter, ornate et ad persuadendum apposite enuncientur, et quidem usque eo, ut superiora omnia quae a nobis dicta sunt etiamsi quis perfecte consequatur, nihil tamen magnum sine hac elocutione consecutus fuisse videri possit. Nos tamen cum ejus ratio a summis viris perfectissime tractata sit, ita ut nihil sit quod desiderari amplius possit, neque quisquam eorum, qui de illa totos libros conscripserunt, singularem perfectamque eruditionem, incredibilem diligentiam atque admirabilem eloquentiam vel scribendo vel dicendo possit adaequare, non dicam superare, de ea nihil nobis hoc tempore dicendum arbitramur. 15
- 14.2 Tantum monelbimus praeceptores institutoresque nostrae juventutis, ut sibi hac in parte ipsius eloquentiae parentis Tullii conscriptos hac de re libros ac praesertim eos, quos inscripsit de Oratore, tanquam certissimum scopum proponant eisque adjungant Aristotelis de Rhetorica volumen et Quintiliani Oratorias Institutiones. Ex quorum praeceptis adolescentium suorum linguas atque orationem simul et ingenium formare studebunt. 26 r°
- 14.3 Quodsi recentiorum nonnullos velint pueris tantisper proponere, donec ad illa majora reddantur aptiores, nihil repugnamus. Sed in tanto scriptorum numero quos potissimum deligant haud putamus facile statui posse. Erasmus certe ac Rivium seu Melanthonem tenerioribus ingeniis putamus non male convenire. Ludovici Vivis et Joannis Sturmii eadem de re conscripti libri videntur paulo vegetius confirmatiusque iudicium postulare. 10
- 14.4 Sed haec relinquimus arbitratui praeceptorum, si hoc unum addiderimus, jactis qualibuscunque fundamentis nobis consultius videri, ut quam primum ad ipsos Aristotelis et Ciceronis fontes properent unumque Tullium in lingua latina, Demosthenem et 15

25 v° 7 attemperans *ms* : temperans *SA* 18 possit *ms* : poscit *SA* quisquam *SA* : quisque *ms*

26 r° 13 Joannis *SA* : Jacobi *ms* 15 relinquimus *SA*, *ms* (?) : relinquemus *Cat*

- Platonem in graeca imitandos sibi proponant eosque prope solos
nocturna versare manu, versare diurna consuescant. Ad eorum ex- 20
 emplar stylum assiduo atque indefesso labore exerceant neque
 ullum elabi diem patiantur | quo non aliquid conscribant. Stylum 26 v°
 enim esse optimum ac perfectissimum dicendi magistrum apud
 omnes in confesso est.
- 14.5 Itaque nihil sibi hic ad extremam diligentiam reliquum faci- 5
 ent praeceptores, ut suos adolescentulos primum quidem phrasi-
 bus ad autorum qui praeleguntur imitationem compositis, mox
 sententiis ac periodis longioribus, tum epistolis cujusque generis,
 postremo declamationibus orationibusque exerceant. Earum
 argumenta petant vel ex magnorum virorum rebus gestis, quas
 laudare ac vituperare et, ubi opus erit, reprehendere atque cor- 10
 rigere apta decentique oratione studeant, vel ex summis rerum
 civilium ac domesticarum capitibus, prout ea in suis locis com-
 munitibus sive ex Aristotele sive Platone aut Cicerone distincta
 consignataque habent. Ea ipsa tum generatim pertractare, tum 15
 in species dividere ac suis quaeque circumstantiis quasi qui-
 busdam finibus circumscribere doceantur.
- 14.6 Breviter de quacunque re discant ornate, copiose, graviter ac
 probabiliter scribere et quae scripto comprehenderunt vel de
 charta vel memoriter cum apta decentique et gravi actione pro-
 nunciationeque in consessu caeterorum adolescentium coram 20
 praeceptore recitare. In quo utile erit eos inter se certare et
 quod unus dicendo probare conatus est, id alterum contraria
 oratione evertere. |
- 14.7 In poetica non censuerim eos multam operam debere pone- 27 r°
 re, nisi quoad ad orationis copiam atque amplitudinem facit.
 Poetas tamen eis perlegendos evolvendosque omnino existima-
 rim, sed magno cum delectu. Inter Latinos enim praeter Virgi-
 lium et Horatium ac nostrum Buchananum vix quisquam est, 5
 quem eis proponendum putem. In Graecis permulti quidem
 sunt, qui cum fructu perlegi possint, verum ego certe Homero et
 Hesiodo inter heroicis, inter caeteros autem Pindaro atque Euri-

Σ 21 *An tuus sit Tullianus equidem nescio.*

26 v° 7 *cujusque ms* : *cujuscunque SA* 20 *adolescentium SA* : *adolescentum ms*

27 r° 2 *nisi quoad ad orationis ms* : *nisi quod orationis SA*

Σ 2 *Ut sic sublimitatem orationis ne assequantur; quae magis est poetarum quam oratorum*

- pidi facile palmam concesserim. Eos si nostri triverint existimarim ad eam rem, quam ex poetica paramus, posse sufficere. 10
- 14.8 Terentium si quis tenerae aetati volet proponere non reclamamus, sed tamen quicquid ex eo quaeritur, id posse uberius ac fructuosius ex Tullii scriptis hauriri existimamus—praeter quod multa sunt in Terentio a quibus aures puerorum tenellas abhorrere volumus. Relinquimus tamen haud gravate suo quemque 15
judicio et quae hac de re dicenda restant a Quintiliano peti volumus.

Corporis formandi ratio

- 15.1 Sequitur itaque corporis formandi ratio. In quo primum est linguae habenda cura. Sed quia de ea multa jam ante dicta sunt, hic breviter tantum repetemus dandam esse operam, ut a prima infantia et ab ipsis matris uberibus una cum lacte puer articulatam, suavam l ac distinctam pronunciationem hauriat cavendumque, ne vel prava consuetudine vel coetaneorum exemplo vitium atrahat, vel etiam a natura profectum retineat. Itaque quoties peccabit, toties erit leni ac placida commonefactione castigandus. 20
- 15.2 Postquam autem adoleverit, providendum est, ut tum legendum dicendo vocem atque actionem ad rem ipsam atque ad animi sensum perfecte accommodet. Interrogationes, exclamationes, asseverationes caeterasque vocis contentiones in oratione continua, non cantillando, non uno eodemque tono vocem protrahendo, sed omnino quemadmodum in oratione concisa et quotidiano sermone fieri solet, verba ad rem elaborate accurateque accommodando enunciet. Quod quam sit rarum atque difficile et plerorumque conciones hodie docent et ipsa experientia ei qui per se tentare volet faciet testatum. Sed haec ipsa cum a Fabio sint abunde pertractata omittamus. 27 v°
- 15.3 Illud etiam meminerit parens, ut suos liberos, si quidem fieri omnino queat, a prima aetate duas linguas inter se discrepantes loqui doceat, ut ne in unum aliquod accentus genus semel assuefacta lingua perpetuo propendeat. Itaque Germanos velim a prima aetate simul cum germanica lingua vel gallicum vel italicum vel latinum idioma l addiscere, ne postea, si tantum germanico assueverint, in alienam linguam inducant germanismos. 5 10 15 20 28 r°

Σ 15 παράδοξον

27 v° 14 faciet *ms*: facit SA 15 omittamus *ms*: emittamus SA

- Gallos velim cum gallica vel belgicam vel germanicam vel anglicam vel denique italicam edoceri, vel certe mox ubi sextum aut septimum annum attigerint latinae recte pronunciandae assuefieri, quam non a Gallo quopiam, sed ab alio, qui gallicismos ignoret, accipiant. 5
- 15.4 Postea vero quam erunt proveciores volo eos in exterarum regionum proficisci atque exterorum linguas, praesertim eorum quibus est cum suis popularibus consuetudo ac commercium, quantum fieri potest addiscere. 10
- 16.1 In reliqua corporis cura tria maxime spectanda sunt: valetudo, robur et decor.
- 16.2 Valetudinis ac roboris cura etsi ad medicinae professores proprie spectat, haud tamen a nostro iuventutis moderatore penitus rejicitur. Constat autem in eo quod a nobis supra ex Hippocrate productum fuit et a Pythagora hoc versu confirmatur: 15
- οὐδ' ὑγιείης τῆς περὶ σῶμ' ἀμέλειαν ἔχειν χρῆ,
ἀλλὰ ποτοῦ τε μέτρον καὶ σίτου γυμνασίων τε
ποιεῖσθαι· μέτρον δὲ λέγω τόδ' ὃ μὴ σ' ἀνίησι. 20
- 16.3 Est itaque danda opera, ut bonis ac probi succi cibis enutrian-
tur adolescentes eosdemque non varios, non multis cupediis con-
ditos, sed unius generis ac simplices, tum etiam non confertim
neque avide, sed moderate ac sensim ingerant discantque inter
cibum ac pocula de rebus gravibus atque utilibus disserere. Le-
gantur vel ex sacris vel ex historiis nonnulla, ad quae a praecep-
toribus interrogati liberaliter ac prompte respondeant, atque ita
immoderatam edendi cupiditatem frenare discant. Nihil est enim
quod tantopere morbos in adulta aetate generet tamque effoe-
tum ac languidum corpus senectuti tradat atque intemperans
adolescentia—et qui in cibo et potu cupidini modum ponere ne-
sciunt, vix fit, ut caeteris postea animi motibus possint imperare. 28 v°
- 16.4 Somnus esto moderatus et, ut ille ait, *qui faciat breves tenebras*,
ita tamen, ut naturae necessitati nihil detrahatur, sed cibo conco-
quendo avertendisquae quoad fieri potest cruditatibus fiat satis. 5
- 10
- 28 r° 3 belgicam vel germanicam vel anglicam vel denique italicam *ms*: belgica vel ger-
manica vel anglica vel denique italica *SA* 7 accipiant *ms*: accipiat *SA* 10
ac *ms*: atque *SA* 15 nostro *ms*: nostrae *SA* 18 σῶμ' *ms*: ζῶμ' *SA*
20 τόδ' ὃ *ms*: τὸ δ' ὃ *SA* ἀνίησι *SA*: ἀνίησι *ms* (*teste Gun*) 25 ac *ms*: et *SA*
- 28 v° 8 esto *ms*: sit *SA* ille ait *ms*: ait ille *SA*

Diurno autem somno juventuti penitus interdicatur. Nam praeter quod corpus omne, et maxime cerebrum, crudis vaporibus complet multisque morbis causam praebet, animum etiam ipsum plerumque segnem atque inertem reddit.

- 16.5 Nec minus volo eos a nocturnis lucubrationibus atque aliis immoderatis laboribus abstinere. Non possum enim probare eos qui teneram adhuc aetatem ad ferendos quosvis labores putant esse assuefacendam. Habenda est enim virium et naturae ratio, ut postquam cum aetate robur accreverit, possit corpus jam vegetum | firmatumque quibusvis laboribus esse par. Nolim itaque ante undevigesimum aut duodevigesimum annum aetatis (quae jam ad labores militares paulatim idonea esse incipit) vel intempestivis vigiliis vel immoderato labore vel frigore aestuve immodico adolescentem confici. Videmus enim si qui ante tempus praecoci labore vires frangunt, eos aegrum atque imbellem corpus plerumque tradere senectuti. 15
29 r°
- 16.6 Itaque pro aetatis ratione partiendi erunt imperandique labores atque exercitationes. Infra nonum annum pro suo quisque ingenio puerilibus se oblectamentis exercebit. Sub decimum incipient equos paulatim conscendere cursuque ac saltu se exercere, post duodecimum pila propellenda, disco ac saxis jaciendis certare, post sextum decimum in venatum ire, hastam ac saxum vibrare, gladio caeterisque telis artificiose uti, in equum insilire, follem propellere caeterisque denique rebus quae corporis ac membrorum agilitatem parant paulatim se exercere. 10
15
- 16.7 Postea vero quam duodevigesimum attigerint non erit abs re equestri cursu ac sciomachia eos inter se decertare et tum demum ad molestiores labores, ad vigiliis, ad inedia, ad aestus ac frigoris injuriam paulatim se assuefacere. Quod ut fiat non modo arduis venationibus erunt exercendi, sed etiam ablegandi peregre, ut et laborem | tolerare et multorum hominum mores atque urbes visere simulque multa audiendo multaque cernendo de rebus recte judicare discant. 20
29 v°
- 16.8 Itaque velim ab eis praecipuas quasque Galliae et Germaniae academias peragrari, Angliam etiam obiri, in Pannoniam atque 5

28 v° 11 praeter quod *ms* : praeterquam quod *SA* 14 reddit *SA* : reddat *ms*

29 r° 4 aestuve *ms* : aestive *SA* 6 imbellem *ms* : imbecille *SA* 11 incipient *SA* : incipient *ms* 13 decimum in venatum *ms* : decimum venatum *SA* 18 aestus *ms* : cestus *SA*

Σ 9 *Haec etiam barbarorum sunt; sed militarium exercitia*

- Illyricum eos proficisci. Italiam autem vel plane attingi nolim, vel certe non ante vicesimum quintum et quidem si iudicio maturo et vita continenti fuerint, neque commorandi, sed tantum visendo studio brevi tempore illic haereant. Alioqui certe putarim Italiam non secus ac pestem ingenuis adolescentibus esse fugiendam. 10
- 16.9 Necesse autem fuerit virum aliquem gravem ac moderatum prudentemque itineris ducem adjungi, qui curam eorum gerat eosque a pecuniae inutili profusione et prava improborum consuetudine divertat. Neque tamen acerbo imperio utatur, sed charitate potius et benevolentia et virtutis probitatisque existimatione atque exemplo in officio eos retineat. 15
- 16.10 Atque hactenus quidem de exercitationibus quae ad valetudinem et robur corporis pertinent.
- 17.1 Quae vero relaxationem spectant, eas itidem velim esse ejusmodi, ut et corporis robur augeant et animi simul ac mentis aciem excitent. Itaque praeter ea quae superius a nobis commemorata sunt, velim eos exercitationibus mathematicis quae ad praxin pertinent et simul geographicis et chorographicis tabulis delineandis exerceri, ut nimirum discant globos, astrolabia, quadrantes aliaque metiendi organa fabricare, altitudines, distantias caeterasque locorum dimensiones exequi, arithmetice etiam quaestionibus inter se decertare et, si quorum ingenium eo propendeat, etiam plantarum nomina, vires et qualitates cognoscere ac proinde exiguos hortos colere, † pingere etiam et penicillo urbes, arces ac propugnacula et architecturae lineamenta obumbrare † simulque herbarum atque arborum formas describere, vel fusiles imagines ex plumbo stannove vel etiam auro argentove fabricare. Breviter, prout cujusque ingenium tulerit velim quemque aliquid habere in quo et ingenium pariter et corpus exerceat et temporis taedium fallat et se a quotidiano labore paulisper recreet. 20
- 30 r°
- 5
- 10
- 29 v° 7 ante vicesimum *ms* : ante annum vicesimum *SA* 20 vero relaxationem *ms* : vero animi relaxationem *SA* ejusmodi *ms* : ejuscemodi *SA*
- 30 r° 2 nimirum discant globos *ms* : nimirum globos *SA* 3 aliaque *ms* : aliasque *SA* 8 propugnacula et architecturae lineamenta obumbrare simulque *ms* : propugnacula simulque *SA* 12 quo et ingenium *ms* : quo ingenium *SA*
- Σ 11 *Officinae haec sapiunt.*

- 17.2 Ab alchymiae autem penitiori recessu ac studio tanquam a peste velim eos arceri. Praeter enim quod vana et fallax est alchymia, etiam solet avaritiam, malorum omnium radicem, animis hominum ingenerare eosque pro immoderato pecuniae, quod in animis accendit, studio plerumque vel extrema egestate vel certe infamiae nota remunerare. Metallorum tamen aliarumque naturalium rerum conditionem ac naturam perscrutari, quatenus quidem certe ad naturae considerationem spectat, non puto esse adolescente liberali indignum. | 15
20
- 17.3 Nandi artem penitus necessariam esse duco. Itaque a tertio aut quarto decimo anno etiam pro animi relaxatione discent nate. Sed providendum est, ut sine periculo fiat omnisque absit temeritas, adsint autem perpetuo oculati moderatores et aquae ipsae verticibus periculosis vacuae sint. 30 v°
5
- 17.4 Musicam porro inter honestas atque ingenuo adolescente dignas artes sine controversia ponimus. Ei sub octavum annum tradendos esse putamus. Cavendum tamen est, ne vel invita, quod ajunt, Minerva ad eam se applicent, vel acerbo etiam imperio cogantur. Lenitate enim docentis et naturae atque indolis promptitudine, non coactione neque minis, eo deducendi sunt. 10
- 17.5 Post duodecimum autem annum si etiam fides pulsare et praesertim testudine canere doceantur, putarim esse studium ingenua certe indole dignissimum et ad remissiones a laboribus quam maxime accommodatum. Tibias vero aut fistulas nobili adolescente indignas esse judicarim. 15
- 17.6 Saltationes etiam et choreas ut non modo intempestivi convivii, amoeni loci multarumque deliciarum, quemadmodum ait Cicero, extremas comites, sed etiam multorum malorum ac flagitiorum scelerumque causas et occasiones et nulla alia re magis quam temporis intervallo, quemadmodum censuit olim Arragonum sapientissimus rex Alphonsus, ab insania et furore distantes adolescentibus nostris plane devitandas esse censemus. | 20

Σ 16 *quorsum hujus sit mentio?*

30 v° 5 verticibus *ms* : vorticibus *SA* 17 etiam *ms* : vero *SA* intempestivi *ms*,
SA : tempestivi *Cic. Pro Murena* 6

Σ 8 *At hic Bremae est controversia* 16 *Pallas inflans tibus et buccas conspicata in aqua, abjicit eas.* *Ἄμα τῷ φυσῶν καὶ νόος ἐκπέταται.*

- 17.7 Aleae praeterea et chartarum ludos tanquam avaritiae atque illiberalitatis perpetuos comites et imposturae ac fraudis mendaciique atque perjurii plerumque duces etiam prorsus illiberales nostrisque adolescentibus indignos esse ducimus. 31 r°
- 17.8 Quod si ejusmodi se ludis recreare volent vel pila vel globis atque annulo ferreo vel latrunculis quos vulgo *schaccos* appellant aliisque ejus generis, qui neque in sorte et fortuna, sed in industria positi sunt, neque cum avaritia conjuncti utantur. Caeteroque ubi per valetudinem poterunt eas corporis exercitationes quae a nobis supra commemoratae sunt pro ludo et animi relaxatione habere discant. 5
10
- 18.1 Quod ad corporis decorem attinet, putamus ejus esse magnam praeceptoribus ac moderatori habendam rationem. Sed quia nullo certo praescripto tradi potest, erit danda opera, ut eorum qui recte educati sunt consuetudine et simul moderatoris cauti et prudentis institutione sibi eum comparent. 15
- 18.2 Nos illud tantum monebimus, non satis esse si morum atque actionis agrestis rusticitas eximatur, nisi etiam flagitiosa illa levitas, quae hodie in multis regum et principum aulis in precio est, cum sit tamen viro probo ac sapiente, non dicam christiano, vel maxime indigna, procul removeatur. Cujus ego vestigia ne in cultu quidem corporis ulla extare velim—ac proinde pennatos galeros, luxuriantes caligas caeterasque vestes nimio luxu sumptuque diffluentes procul abesse debere censuerim moderationemque et gravitatem in omnibus rebus esse pro summo decore adhibendam. 20
31 v°
- 18.3 Affectatio etiam omnis non modo in cultu corporis, sed in membrorum etiam ac vultus compositione in oratione actionibusque omnibus absit. Et quisque quod suae est naturae atque indoli consentaneum nihil alieni affectans consecetur, in eoque excolendo operam omnem ponat. 5

31 r° 1 praeterea *ms* : etiam *SA* 2 mendaciique *ms* : mendacii *SA* 4 nostrisque *ms* : et nostris *SA* 8 caeteroque *ms* : caeteroqui *SA* 20 ac sapiente *ms* : et sapienti *SA*

31 v° 1 luxuriantes *follicantes caligas ms* (*follicantes caligae Hier. Ep. 22, 34*) : luxuriantes caligas *SA* 2 censuerim *SA* : consueverim *ms* 6 membrorum etiam ac *ms* : membrorum ac *SA*

- 19.1 <Ut> in omnibus autem puerorum actionibus ac studiis quidem 10
nimia atque immoderata licentia deteriores eos facit ac proinde
perniciem juventuti adfert, ita profecto plagosa illa ac tetrica
quorundam Orbiliorum severitas bonis ac bene natis ingeniis est
inimicissima graveque damnum adferre solet.
- 19.2 Nam et indolis puerilis ingenuam liberalitatem quasi vinculo 15
quodam coercet atque opprimit et animi vires prosternit ac labe-
factat et intelligentiae ac mentis aciem obtundit et memoriam
obruit et eloquentiae scaturientes latices arefacit et denique ex
ingenuis mancipia, ex elegantibus agrestes, ex hominibus pecu-
des efficit. 20
- 19.3 Observabit itaque bonus moderator adolescentium singulo-
rum indolem quam poterit exactissime et pro ejus ratione severi-
tatis contentione remissioneque utetur. Statuet I autem inprimis 32 r°
quicquid lenitate et clementia consequi possit, id nulla esse acer-
bitate neque saevitia conquirendum et quicquid verbis, cohorta-
tione laudeque ac vituperatione possit efficere, id neque virgis
neque ferulis aut plagis debere extorqueri. Imo vero prae se 5
feret aequae se propemodum a plagis abhorrere atque ipsi adoles-
centes, non quidem ut eas nunquam adhibeat, sed ut quam raris-
sime nec nisi coactus eo adduci patiatur.
- 19.4 Sed quoties vel immoderata atque effrenis petulantia vel pro-
cax adolescentium pervicacia vel aliquod scelus flagitiumve 10
exemplo dignam castigationem extorquebit, ita eam adhibebit,
ut intelligant adolescentes invitum coactumque eo descendisse et
simul ex eo ipso atque ex gravitate supplicii colligant quantopere
ejusmodi mores aversetur atque exhorreat. Hoc certe pacto et
obsequentiores observantioresque sibi discipulos reddet et simul 15
suae lenitati maximam apud eos auctoritatem cum charitate con-
junctam comparabit

31 v° 10 Ut *addidi* autem *ms* : aut *SA* quidem *SA* : *ms non liquitur* (quaedam
interpretavit Gun) 11 facit *ms* : fecit *SA* 13 ingeniis *ms* : ingenii *SA*
15 vinculo *ms* : uniculo *SA* 19 ex elegantibus *ms* : et elegantibus *SA*

Σ 10 *Imo etiam quae vis.* 13 *Belgica educatio.*

32 r° 3 conquirendum et quicquid *ms* : conquirendum quicquid *SA* 10 adoles-
centium *SA* : adolescentum *ms* 11 eam *SA* : etiam *ms* 13 ex eo ipso at-
que *ms* : in eo ut *SA*

Σ 2 *Apud Germanos?* 7 *Quod, estne qui non faciat?*